

1511. Julij 20.

Sigism: 1. Rex Polonie Vrati:
Slaviensibus:

116
117

Heri Nuntium Vrum expedivimus Arasque,
ac mandata Nra per Eundem Vobis ad Officiales
tam prefecturas quam civitatum Nrarum Rm
Nri Lras misimus. Significantes eis mentis No-
stre esse, ut Vestratibus liceat Regnum No-
strum ingredi, et debita duntaxat dudum con-
tracta a Subditis Nris quibuslibet exigere, eti-
am ubi opus esse, ut solvere reuocantes jure me-
dicante compellerent. Nrum tamen erit providere,
ut eos, qui ad exigendum debita ituri sunt, iuxta
informationem in Lris contentam se dirigant.

Quod vero querimini Vestrates male tractatos
esse Romanice, displiceret nobis, si quid fa-
ctum esse, quod ab humanitate alienum esse.

Scribemus itaque Romanice, ut inhibeant, ne
quid inhumaniter fieri patiantur erga vos si-
ves, qui pro debitis suis exigendis illuc vene-
runt. Et si quis talis foret ut eum castigentur.

Nam in ceteris negotijs excepta emporij cau-
sa commendatos Nos habemus. Datum 20..

Julij. 1511.

